



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Ver. 19. 20. 21. 22.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Quia ipse Iosephus hæc incutans, lib. 7. belli, c. 12. Melam proficetur Vespasianum, tanta vis adulandi est. Quod maxime inquit, eos ad bellum excitaue- rat, responsum erat ambiguum, itidem in sacris libris inuentam, quod eo tempore quidam esset ex eorum finibus orbis terræ habiturus imperium. Id enim illi quidem quasi proprium acceperunt, multiq; sapientes interpretatione decepti sunt. Hoc autem planè re- spoñso Vespasiani designabatur imperium, qui apud Iudeam creatus est Imperator.]

Et hinc Suetonius in Vesp. c. 4. Percrebuisse toto Ori- ente veterem & constantem opinionem esse in fatiis, vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Diluci- dius tunc indicat Tacitus l. 5. hist. Nam pluribus, inquit, per Iudeos iuerat, antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore, vt valejceret Oriens, profecti Iudæa verum poti- rentur, quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant. Qua ex te dulcimus, quæ facillè oracula sacra infideles pro- ficiunt, atq; ad sua errata accommodent. Non erat prædictum fore, vt Iudæa profecti rerum potirentur, sed fore, vt de tribu Iudæ, de castello Bethlehè, de do- mo David nasceretur, qui regnaret in æternum. Non ergo Vespasianum ambages illæ caneant. Vespasianus, vt oracula eluderet, oēs quos reperire de domo Da- vid potuit, occidi mandauit. Euseb. l. 3. c. 11. Miracula et Vespasian. irritari voluit. Herodianus ergo regum adu- latores fuerunt, religionis irrisores, & pseudopolitici.

Secunda eorum ergo, & fermentum, totū in honore, opibus, & voluptatibus, ex morib. Herodis conflata: ille enim Iudaicum cum gentiliū cultu iungebat. §. 2. Herodianos, Phariseos, Sadduceos inter se capitaliter disidentes, ad Christum opprimen- dum aut illaqueandum venire videmus. Hoc in om- ni genere secularium apparet. Nam etsi acerrimè se mutuo oderint, omnes tamen contra veteres Eccle- siæ Doctores, & veriatis orthodoxæ assertores syn- cretismo quodam conspirant. Quare etiam mutuis se opibus iuuant: ita olim Wormatiæ, Ratisbonæ, alijsq; locis in iisdem castris disputantium diuersissi- mæ opiniones versabantur. Caluinus suorum nobis cœnem imponit. Et tam infesto odio flagrant Papistæ contra Euangelium, vt Epicureos, Libertinos, & alia cuiusmodi portentosa libenter foueant, modò ad illud labefactandum his viantur adiutoribus. Respondeo. Catholicos atq; ad eò ipsum Papā pro Euangelio cõ- tra Epicureos, Libertinos, & Libertinorū satores Cal- uinistas stare. Nihil vobis profunt Epicurei, aut Liber- tinos, quorum multos Catholicæ religionis specie sua scelerata fouere dolemus: sed vel ignorantur, aut magi- stratum in curia, impotentia, vel metu grauioris ma- lè impendunt hæbent, Dei iudicium & manum vindicem expectant, quamvis ad tempus ruptis Ecclesiæ legibus petari & iustitiæ impunè insultent. Porro quid est Caluinismus nisi Libertinismus, verbo ab Epicurif- mo aperto difficiens?

## VERSUS 17.

*Dic ergo nobis quid tibi videtur, li- cet censum dare Casari, an non?*

## QVÆSTIO I.

*Quis fuerit census, & an dare licuerit?*

¶ I. Nemo non videt quæstionem inuidiosam, & obliuiscam, altera vñ parte etiam periculo- sam. S. affertur: apud populum tanquam libertatis proditor traduci poterat, aut sanè ex eo probari, non esse Messiam, quem publicæ libertatis assertorem, qui in totum orbem imperium propagaturus esset, expectabant. S. neget: apud præfide erat parata

accusatio ac supplicium. An liceat dare? quasi de conscientia solliciti, non de argento agant. Erat tunc temporis quæstio illa non modo in scholis, & apud eruditos disputata non modo verbis, verum et- iam rebellionē, & armis agitata pars altera, Actor. 5. 37. à Pompeio Victore primū inductus ille fuit census. Negare optabant Christum, & docere non licere censum soluere, vt occasionem illius perden- di haberent. Nam quamvis Christus ita responde- rit, vt calumniæ ansam abscinderet, postea tamen eum accularunt, quasi prohibentem dare censum Ca- sari.

§. 2. In Syro est כסף argentum capitis, hoc est, quod capitatum exigebatur. Varios census & Hero- des, alijq; Iudæorum dynastæ semper extorserunt, inuentis mille prædandi vocabulis, contra quæ si quis hisceret, de vitâ actum erat, & Lucas ostendit quan- tum fuerit periculi. Ideo quæsisse dicens: vt eum tra- derent potestati, & præfidi.

## VERSUS 19. 20. 21. 22.

*Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: cuius est imago hac & superscriptio: Dicunt eis Casaris, Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Casaris Casari, & quæ sunt Dei Deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.*

## QVÆSTIO I.

*Quomodo respondet?*

§. 1. Vt poterat inuidiosam quæstionem omittet, aut aliam vicissim reponere, quod interrogan- tium nota esset, & publica machinatio. Verum rem sibi curæ esse ostendit, atq; ita temperat omnia, vt ipsi respondeant. Querit enim quæ sit inscriptio, Sy- riace כסף Cephaba, scriptio. Norat ille & num- mum, & literas, sed eos libi ipsis respondere cogit. Cum dicerent: esse Casaris, iubet dare Casari, quæ sunt Casaris, & Deo, quæ sunt Dei. Hoc est, si num- mus est Casaris imagine inscriptus, & id etiam literæ signant, atq; ex eo precium habet publicum, Cæsa- rem igitur dominum agnoscitis. date ergo illi, quod regibus debetur. Nummus enim Romanus, eiusq; vltus, sub Romanorum illos imperio esse demon- strabat. Ne enim à Parthis, Arabibus, alijsq; gen- tibus opprimerentur, primò fœdus cum Romanis fecerunt, postea dissensione domesticâ in eorum po- testatem venerunt. vt Ioseph. lib. 4. c. 8. antiq. Ierosoly- mam stipendiarium fideant, & paulò post: Quorum om- nium mal. rum causa fuisse Hierosolymitanis Hyrcanus & A- rrisobolus inter se dissidentes nuicem. nam cum primum liber- tatem amisimus subiecti Romanorum imperio: & regionem de Syris bello captam reddere ipsis coacti sumus: & insuper plus- quam decem m. lli. talentorum breui tempore a nobis Romanis exegerunt: & regnum quo prius pontificale genus honestaba- tur, ad plebei. s. translatum est homines.

§. 2. Non immeritò queritur: quo modo in num- mis imaginem Casaris habuerint Iudæi: cum omnes imagines abominarentur? Constat sanè nummos fuisse Casarum imaginibus insignitos, crebro etiam al- terâ in parte, idoli alicuius sculpturam habuisse. ac Iudæi nefas ducebant, suas in regiones imagines in- ferri, vnde paulò post bellorum origo.

Mm 4

Re:

Non omnes  
imagines  
Iudaei abo-  
minaban-  
tur.

Respondendum est. In Iudæa imagines plurimas fuisse. Nam legionum signa erant, & negociatores, & priuata vicinarum gentium, & Romanorum idola habebantur. Et ante illa tempora Romanos nummos habebant: ita non ipsas imagines, sed earum cultum idololatriæ, & ἀποθέσιν intolerabilem, & patriis legibus aduersam censebant. Infaniunt itaque qui imagines simpliciter prohibitas iudicant. Præsertim cum in templo Salomonis tam multas fuisse scriptura testetur.

Tributa  
danda.

§. 3. Anabaptistæ etiam hic reselluntur, qui tributum, & obedientiam deferre magistratibus recusant. Dominus autem iubet dari Cæsari, quæ sunt Cæsaris, nihil vero illi dandum est, si nihil illius est. Contra eos vere, & eleganter Chrysostomus. *Ἰπιδεῖσθαι δὲ μοι φησὶ τὸ νόμισμα ἔκινος, καὶ ὡς ἰπιδεῖσθαι ὅπερ αἱ ποιεῖ, ἀλλὰ τῆς ἐκείνου γλώττης ἐκφέρει τὴν ἀποφασιν, καὶ αὐτὸς ὑποφασαίνων παρρησιασάμενος ὅτι ἐξ ἐστὶν ὅπερ τὸ λαμπρὸν καὶ σαφὲς ἔστιν.* ostendite enim mihi, dicit, numisma census, cum videretis, ut semper solet, per eorum linguam respondit: & scitis, ut ipsi decernant licitum esse, quæ splendida est, & manifesta victoria. Et deinde ostendit vero eos & Deo & hominibus esse subiectos nec pugnare dico illa seruitutem, modo nulla sint, ἵνα ἐν εὐσεβείᾳ παραβλάπτοντα, pietatem violentiam.

§. 4. Non erat denarius Cæsaris, nec hoc concludit, sed tantum ex vsu denarii Romani ostendit eos subiectos imperio Romano, ab illo contra Barbaros defendi. Vide Iosephum l. 14. cap. 8. Non igitur conscientie aduersum erat tributum solvere.

Non vertebatur autem quæstio; iure, an iniuria Iudæos in prouinciæ formam Romani redegerint: sed an liceret dare censum. Quia in re nulla difficultas erat: nam redimendæ vexationis & vastationis causa dare poterant, fortè etiam tenebantur. Iam enim longo tempore dominium Romanorum agnouerant, omniaque illis detulerant. Sed tamen nullam occasionem prætermittunt, ut Christum capiant παρρησιασάμενος, illa queunt, vel irretiant in sermone. Verum de iure alia est quæstio.

§. 5. Apud Zuinglium quidam virtute horum verborum, omnes homines sub imperium Cæsaris, cogere moliantur. [Sed hoc faciunt, inquit ille, literatores, omnis ferè error ex literatoribus venit, qui relicto vero sensu scripturam torquent. Litera debet intelligi secundum spiritum, alioqui impostura esset. Nullum enim verbum est in mundo, quod à calumniatoribus non perueriti & deprauati possint, si in alienum sensum torqueatur.] Insignis veritatis confessio hosti veritatis extorret. Sensus enim spectandus est scripturæ, non sola verba, quod quia à multis negligitur, ideo tot imposturæ: nemo enim qui ab Ecclesia sese abiungit spiritum Dei habet, ideo impostor est.

Hoc ergo est illud ipsum, quod toties inter nos controuertitur. Nempe non quæ vera sit scriptura, sed quis illius sensus? Quis spiritus sit scripturæ verus interpretator? Quis scripturam deprauet?

§. 6. Iudæorum calumnias olim gentiles imitati sunt, & Christianos quasi pendere tributa recusare, odiosos magistratibus reddere sunt conati. Iustinus apol. 2. magno studio calumniam refutat. Veti galia sane & collationes eis, quod à vobis sunt ordinati ex actoribus, præ omnibus vbi que inferre concedimus: quemadmodum ab eo sumus instituti. Illo namque tempore accedentes quidam, percunctati sunt ex illo, an Cæsari Veti galia pendere oporteat: qui responsum hoc ab eo retulere: Dicite (inquit) mihi, cuius imaginem nummus habet? qui vbi dixisset, Cæsaris: Reddere igitur, ait, quæ Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo. Proinde nos solum Deum adoramus & vobis in rebus aliis lais

inferuimus; Imperatores ac principes hominum esse proficentes, & simul precantes, ut cum imperiali potestate sanam quæque mentem obtinere comperiamini. Quod si nos hac ita precantes, atque omnia nostra in propatulum proferentes non cunctaueritis, aut respexeritis: nihil nos quidem capiemus detrimenti, credentes, ac potius persuasum habentes, vnum pro se quemque, pro factorum suorum meritis penas per ignem perpetuum daturum, iuxtaque analogiam & comparationem acceptæ a Deo potestatis rationem ab eo exactum iri sicuti Christus indicauit diens: cui plus contulit Deus, plus etiam reposit ab eo.

Id fecerunt etiam alij magno consensu. Areopag. c. 12. Ignat. Epist. ad Smyrnenf. Basil. l. 3. c. 7. mor. Didym. Alexand. Epiph. hæres. 4. o. Cyrillus de reced. in Deum fide. Ildorus l. 2. Epist. 216. Maximus serm. 9. Photius in c. 19. ad Rom. Cypria de baptismo. Optatus Mileuitanus l. 3. Augustin. Epist. 48. Hieronym. ad Titum 3. Innocentius tertius Ep. 2. c. 3. Leo p. 1. Epist. 82. Symmachus Pontifex apolog. contra Anastasium Imperatorem. Horm. l. 2. Epist. 22. ad Iulianum Imperatorem. Gregorius magnus l. 1. reg. c. 10. Ildorus Hispanen. l. 3. c. 49. de summo bono. Conclum Toleranum Sexum cap. 13. & Toleranum 12. c. 1. Augustinus l. 3. c. 51. contra Cresconium. Guido contra Waldenses, Munsterus l. 3. Cosmograph. contra Ioannem Behaim.

Tertullianus non modo tributa, sed ex fide tributa reddere Christianos docet. apol. c. 42. Veti galia Christianis gratias agunt, ex fide dependentibus de bitum, quæ alieno fraudando abstinent.

Pari modo Athan. q. 86. ad Antiochum eos reprehendit, qui putabant infideles à fidelibus posse fraudari. Cum n. hoc inquit de Greco Cæsare sit dictum, *μὴν δάσκαλον ὅτι οὐκ ἐπαινεῖν τὸ τοῦ δαδῶντος. Dissimulasse fallere seu fraudare, non esse laudabile.*

§. 7. Cæsari quidem danda sunt, quæ sunt Cæsaris, non tamen quæ sunt Dei. Sic peccarunt illi, qui Act. 12. clamant, *Vos Dei, non hominis.* Sic & illi qui reges suprema capita Ecclesiarum constituunt, & cum pontificatum illis arrogare non audeant, faciunt ex illis tamen pontifices, & ut hoc ipsum dissimulent, suprematū vocare malunt, quasi verborum, non imperiorum causa agatur. Matthæus Sudliuius libello adulationum pleno, de presbyterio eiusque noua in Ecclesiâ Christianâ politia, rerum sacrarum iudices constituit saculares, c. 25. Vfus illo argumento. *ὁ ἀρχὸν πολυκοσμίαν, non est bonum, multorum principatus.* Sed hunc rursus refutat Gaudius ex eadem sc. c. 1. in palmâ Christianâ. At vero Adrianus l. 2. de imperandi auctoritate supremum ius in res sacras regibus addicit, & l. 3. omnia illis permittit. Cum tam en sacra scriptura ostendat, alia esse regni, alia Ecclesiæ, & religionis iura. De qua realias egi. Nos interim ita Magistratibus seruiamus, ut suum Deo ius sit integrum. ut Tertull. l. de idololatr. c. 19. docet. Non enim potest vna anima duob. debere, & Deo, & Cæsari. Deo enim cultus suus integer maneat, oportet.

Tertull. de corona militis. c. 12. Hoc est reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo: nec hominum Deo reddere & denarium Cæsari auferre. Triumphus laureæ folijs struitur, bin aduerbis, lemniscis inauratur lamnulis, vnguentis delibuitur, à lacrymis coniugum & matrum, fortasse quorundam & Christianorum: & apud Barbaros enim Christus. Qui hanc portauerit in capite causam nonne & ipse pugnat? Est & alia militiæ regiarum familiarum. Nam & Cæsares appellantur, munifica, & ipse solennium Cæsareanorum, Sed & in prouincias miles ac feruus alterius est: & si duorum, Dei & Cæsaris, ceret tunc non Cæsaris, cum te Deo debes, etiam in communibus credo potiori.

Et in Scorpiano c. 14. De hinc & exequitur, quemodo velis de subiectis potestatibus, reddere iubens cuius triuitium, tribu-

cui rectigal rectigal; id est, qua sunt Caesaris, Cafari, & qua Dei Deo. Solus autem Dei homo condiderat, scilicet Petrus, regem quidem honorandam. Ut tamen tunc rex honoretur, quam suis rebus inisset, quam à diuinis honoribus longe est: quia & pater & mater diligenter cum Deo non comparantur. Ceterum super Deum diligere, nec animam libere.

§. 8. Quin etiam quidam eò illa verba trahebant, ut probarent, persecutionem licere pecuniâ redimere. Caesaris enim tyrannidem illi nummis redimebât. contra eos disputat Tertull. de fugâ in persecut. c. 12. Nihil interest. Si quem Christianum redimere non debas aut emere. Et adeo voluntas Dei sic est, ab apice regnorum & imperiorum, utique à Deo disposito statu: in cuius manu cor regis, tanta quotidie aratro augendo proficiuntur remedia censuum, recti galum, collat onum, stipendiorum: nec unquam recti, alio ex Christianis tale quid prospectum est, sub aliquâ redemptionem capitis, & secta redigendis, cum tanta multitudinis nemini nota fructus inges meti posset. Sanguine enim, sanguine numerati nullam nummum pro capite debemus: quia caput nostrum Christus est. Non decet Christum pecuniâ constare, quomodo & martyria fieri possent in gloriam Domini: si tributo li: entiam Secta compensaremus? Itaq; qui eam premio pacis situr dispositioni diuina aduersatur. Cum igitur nobis Caesar indixerit in hunc modum stipendia Secta, sed ut indicet unquam tale quid posset, Antichristo iam insens, & in sanguinem non in pecuniâ hians Christianus, quomodo nobi proponere potest scripturâ esse. Reddere que sunt Caesaris, Cafari: M. les me vel Delator, vel inimicus concutit, nihil Cafari exigens: imo contra faciens, cum Christiani legibus humanis, mercede dimittit. Alius est denarius quem Cafari debet, qui ad eum pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius, a tributariis filiis, et non à liberis debitus. Aut quomodo reddam, que sunt Dei Deo, utiq; proinde imaginem, & monetâ ipsius inscriptam nomine eius: id est hominem Christianum? Quia autem Deo debeo sicut denarium Cafari, nisi sanguinē quem pro me filius sudat ipsius? Quod si Deo quidem hominē, & sanguinem meum debeo, nunc vero in eo sum tempore, ut quid Deo debeo exposcitur, utiq; fraudem Deo facio, id agens ne quod debet, solvam. Bene obseruauit præceptum, Cafari reddens que sunt Cafari, Deo pro qua sunt Dei, abnegans.

Quamuis autē quæstio hoc ex loco non possit definiri, Multis tamen modis errat Tertullian. Non cogitant quidem carceres, & mortem redimere. non tamē id verantur. Cur enim non pecuniâ libertatē, & vitam redimat, qui cibaria vitæ comparat? Cur hoc minus, quam si viator vitâ à latrone redimat? At Deus sanguinem posuit. Non sanguinem, inquam, sed fidem, virtutem, constantiam. Non me Deo continuo mori iubet, cum persecutor inuadit. Non viuere me vetat, sed negare. Si vita sine scelere retineri potest, non cogor eam prodigere. Sic Tertull. c. 13. de patientiâ. Carpatiemia in persecutionib. præliatur, si fuga urgeat, incōmoda fuge caro mili. at. Hic recte ille, ut Athanas. lib. de fuga. Aug. Epist. 180. Cyprian. Epist. 56.

## VERSVS 23.

In illo die acceperunt ad eum Sadducei, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum.

### QVÆSTIO I.

Qua heresis & quæstio Sadduceorum.

M Vlt de his R. P. Nicolaus in Tihēseon libro, & Minerali. Varijerant eorū errores. Hic primarius, quod negarent esse spiritū, & mortuorum resurrectionē. Syrus habet. לית רוח מיתה, non viuitificatio mortuorum. Siue autē vera, siue parabolica sit septē fratrum historia, ad rem

non facit. Cum in duobus aut tribus sit eadem difficultas. Eadem fuere olim Pythagoæorum, Aræorum, Epicuræorum dogmata.

O genus attonitum, inquebat, gelida formidine mortis.

Quid stygia, quid tenebras, quid nomina vana timetis?

Materiam vatum, falsiq; pericula mundi. Ouid. lib. 15. Metamorph. & Iuuenal. Satyr. 2.

Esse aliquid manes & subterranea regna,

Nec pueri credunt, nisi qui nondum are lauantur.

Secuti sunt ista, Simon Magus, Basilides, Seueriani, Carpocratiani, Valentiniani, Marcionitæ, ita Irenæus & Tertullianus testantur.

§. 2. Contra mortuorum ergo resurrectionem argumentum, ut sibi videbatur, inuictum proponebât. Lex est Deuter. 25. 5. hic græcus ἐν γαμῶν σου ὁ ἀδελφός τὸν γυναῖκα. est iure leuini eam ducere. γάμος & autem inter cætera etiam est affinis, est ergo, affinitatis iure eam ducere debent.

Tamquam certum statuunt, in alia vita vxorum vsum fore. Deinde iure ad vnum ex fratrib. eam pertinere: non autem rationem apparere, cur vni potius quam aliis detur. Lex est Deut. 25. 5. qua fratri defuncto iubetur frater ἐν γαμῶν σου, Hebraicè leuitare, hoc iure leuiti vxorem ducere, & fratris nomine filiū primogenitum appellare, ne nomen eius deleteretur ex Israel. Cum ergo fratres septem vnā habuerint vxorem, quis post resurrectionem eius erit maritus?

§. 3. Zadocum nō adeo improbum fuisse testatur Rabbi Nathan in sententiis Partum. Discipulus Antigoni fuit, is Eldæ temporibus propinquus erat. Zadocus frequenter hanc sententiā vsurpabat. Ne sitis sicut serui, qui ministrant Domino ob conditionem, quod accepturi sint præmiū. Sic etenim in libello isto est. Hæc sententiā ut potuit habere sensum sanctum & verum, ut nempe Deo gratuita caritate seruaretur, ita à successoribus deprauata est. Præmia. n. virtutis, & scelerum poenas negabant, quod hac in vita multos scelestos fortunatos, pios viderent afflictos: itaq; animæ negabant immortalem, & pari impudentia corporum resurrectionem. Magna certè Ecclesiæ tum erat perturbatio, Antistites enim & procures, qui præstabant opibus, spem resurrectionis tollebant, inter hominum & brutorum animas nullo discrimine constituto. Varias ludæorum sectas recenset Philastrius ad 28. Epipha. 12. Damasc. 8. sed accuratius & minutius diuisit primus. Sunt autē ludæismi hæreses apud Philastrium. Ophite, Carani, Sethiani, Iosihæi, Saduccei, Pharisei, Samaritani, Nazare, Esseni, Heliognosti, Betrecholatræ, Musoritæ, Musoaccaronitæ, Troglodytæ, Cultores fortunæ cæli, Bahalitæ, Asturite, Molochitæ, Cultores aræ Tophet, Puteoritæ, Serpentis aræ cultores, Pythonistæ, Althuroritæ, Herodiani. Epiphanius addit tribas, & Hemerobapristas. Raban. de inst. Clericor. l. 7. c. 58 alios etiam recenset, Esneos, Marbonæos, Genistas, Meristæos, Samaritas.

## VERSVS 29.

Nouissime autem omnium & mulier defuncta est.

### QVÆSTIO I.

Quæ Saduccei causa errandi?

§. 1. Gnatio Scripturarum, & potentia diuinæ.

Erratis, inquit, nescientes scripturas.

At vero scripturas manu tenebant, quotidieq; ex illis disceptabant, contra Phariseos, & contra Christum. Quin ipsa quam Christus profert scriptura notissima erat. Quid. n. notius, quam dixisse Dominū. Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob. Quomodo igitur non discunt ex scripturâ, quod verum est? Nesciunt igitur, quia vim sententiaque eius non